Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum LXXXVII

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Visual Library

et te eius reconaliatrice ueraciſ ee ſena-
im⁹ eo nos ꝓpenſiori ſtudio uiua pecamur
et fove quos in ſeculis mudi natos et alios
potiori leuamine per ſpias indigere ab
initio demꝗ renouatoris humane omnibus
ſub tuum preſidium ꝯfugientibus hic uſꝗ
ſuccurriſti et idcirco pre oi creatura omni
laude digniſſima dici et eſſe meruiſti Ce-
la ſuccurre nobis et oram⁹ ut laus quaꝫ
per tot ſecula poſſediſti octima tibi du-
ret in gratia ipa qua mudo ſubueniſti
Tibi ꝗ nos omendam⁹ tu patria ne pecam⁹
effice potius ut ſalus nra de die in diem
multiplicet̃ et filio tuo dnd nro ihu xpo
vita nra iugi deuocione familiet̃ hec anſ
Deus doctor gaudii largitor ſola-
cii luctus reuelator effugator
merois qui beataꝫ mariaꝫ virginem ma-
tre tuā maieſtatis ſpeculum angelorū
ſolaciū tue bonitatis ymagine nre ſalu-
tis origine miltiplici gaudio in tris et in
celis letificaſti ocede michi ſupplici tuo
ut qui ad eam q̃i ad fontem gaudii in do-
loribus meis fiducialiť recurrē ꝓſſimo va-
leam ipius meritis et intceſſione ꝓnis et
ꝑpetui gaudii effectū ſentire et ad illud i-
effabile gaudiū quo aſſumpta tecū gau-
det in celis feliciter peruenire Amen

De finali iudicio caplm lxxxvi

Poſt predicta que iam comple-
ta ſunt reſtat ut de finali iu-
dicio et quibuſdaꝫ aliis no
dum impletis aliqͥ videa⁹
finale itaꝗ iudiciū quedā ſūt ãnte-
dentia ſcꝫ pena purgatorii ecciē ſuf-
fragia et antixpi perſecucio quedā
ꝯcomitancia ſcꝫ ꝯflagracio mūdi et
corporꝫ reſurrectio et quedā ſeqūcia ſ-
pena infernalis et gloria celeſtis De pᷣ-
gatorio ſciend ꝙ in eo duplex pena eſt
vna dampni de carencia diuine viſiois

Alia ſenſus de afflictōe caloris aut frigo-
ris vel pene alterius gñis et qñtū aduerti-
tur minor pena purgatorii maior eſt ꝙ
maxima pena hui⁹ mundi vnde ſm bern
Sola dies purgatorii ſupat paſſioes ſco-
rum Racio aūt acerbitatis pene purgato-
rii eſt iſta quia cum deus plus queat eme-
dam ꝙ penam plus pondat in pma vtute
bone voluntatis ꝙ pena afflictois vnde pl⁹
pondat deus modicaꝫ pena volūtariaꝫ i pnti
ꝙ multaꝫ nō ita voluntariaꝫ in futuro ſicut
plus valꝫ modicū auri ꝙ multū plubi vn
ſm aug vna gutta aque lacimaꝝ tm facit
hic pro emenda ꝓctum ꝙ am in purgatorio
Et oportet ut quod ibi deficit i voluntate
ſuppleat̃ in acerbitate l neceſſe eſt aūt ut
ait aug ꝙ tm urat dolor ꝓctum inheſcat
amor Tanto eni quiſꝗ torquet̃ diucius
ꝙto affcus eius venialibus inherebat for-
cius vnde tam diu differtur quis a gloria q̃-
uſꝗ fiet ſine omni macula ſicut eiāt i baptiſ-
mo Noli ꝗ ꝯtempnē venialia pro quibus
tanta pena eſt expectanda Qur aūt anima
incorporea corporalib⁹ penis teneat̃ declat
aug dicens aīe que in corporibus viuentes
per dilectoē rerū viſibiliū corporalibus
ymaginibus afficiuntur a corporibus ex-
euntes in eiſd ymaginibus tormēta pacī-
unt̃ ꝓpterea eni corporalibus paſſionibus ibi
tenēi pnt ꝗ a corrupcoē corporaliū af-
fectionum hic mūdate nō fuerunt quā cor-
pulenciaꝫ de corporis delectacoē traxerūt
Et iteꝫ Si eni aīa a corrupcoē corpora-
liū affectionū hic non mundat̃ corpore
exuta corporalibus tenet̃ paſſionibus vi-
deat ꝗ in hac uita ſe ab huiuſmodi fecu-
lencia mundare q̃ts cum hinc exierit ni-
hil corporeū ſecum trahat et a corporis
paſſione i minus exiſtat hec aug Suf-
fragioꝝ aūt ſunt quatuor modi genera-
les ad quos oms alii reducūt̃ ſcꝫ oro ieiu-

mum elemosina et sacrm̄ altaris. Hec suffragia defunctis prosunt scdm̄ magis et minus pro diuersitate meritorum i mortuis uel pro caritate viuorum qui magis sollicitant pro mortuis aliquibus q̄ alijs. Illa eni suffragia que specialiter fiunt pro aliquibus valent illis plus q̄ alijs. licet etiam alijs aliq̄ modo conueniunt. Suffragia vero que cōiter fiunt pro defunctis cōmunibus pro modulo suo prosunt. illis tamen amplius qui dum essent in statu vite magis meruerunt ut sibi prodessent. Unde gg. Illis sacre victime mortuis prosunt qui hic viuendo obtinuerunt ut eos etiā post mortem bona adiuuent qui hic pro ipsis ab alijs fiunt. Inter hec autem pensandum est q̄ tucior via sit ut bonum quod quisq̄ post mortem suam sperat agi per alios agat dum viuit ipse per se. Beatius quippe est liberum exire q̄ plus vincula libertatem querere. Debet ergo uere pro nobis deo hostia accepta erit cum nosipsos hostiam fecerimus. Et fidenter dico q̄m hostia salutari post mortem non indigebimus si ante mortem deo hostia ipsi fuimus. hec gg. Insuper ne aliquod bonum pereat illa bona que quis peccando operatur mortificata alijs saluandis dabuntur. Sicut cum corporali morte quis moritur fratres et propinqui in bonis eius succedunt. Antixpus vero quatuor modis subuertendi homines armabitur scilicet callida persuasione miraculorum operatione honorum largitione tormentorum exhibicione. Predictis quatuor modis multos ad se trahet. Trahet autem malos per munera bonos per tormenta simplices per predicatores et miracula. Habebit secum magos et maleficos reges quoque et principes. Unde in apocalipsi vidi de mari bestiam ascendentem i. antixpum habentem capita vii. i. principes vniuersos et cornua decem. i. illos qui impugnant decalogum. Antixpus parentibus senibus concipietur et nascetur in babilone dan. Et sicut in xpo oīs plenitudo diuinitatis inhabitauit. Ita in antixpo omnis plenitudo iniquitatis habitabit quia in ipso erit spiritus malignus caput omnium malorum propter quod et filius perditionis vocabitur. Inter occultum aduentum antixpi qui est per natiuitatem et manifestum qui erit per predicationem et apertam persecucionem venient helyas et enoch ut ipsi expugnent et errantes ad viam veritatis reducant qui utique per zachariam due oliue i. spiritu sancto uncti et per iohannem duo candelabra i. lumen dantes alijs nominantur. et predicabunt diebus mille ducentis sexaginta i. tribus annis et dimidio sicut et xpc predicauit. amicti saccis i. penitentiam predicantes et exemplo suo ostendentes. Et omnes qui cognoscere et confiteri xpm̄ deum volunt hos duos senes et veraces testes subsequuntur. iniquum errorem deserentes quoniam ipsi in magnis et totam deo et coram populo fulgebunt. urbes et ciuitates et plateas atque alia loca ubicumque filius perditionis contrariam doctrinam suam efflauit perambulantes ac in eis multa signa in spiritu sancto facientes ita ut omnis populus qui ea viderit in maximam admiracionem ducatur. Sicut autem hec magna signa super firmam petram solidam illis dabuntur quatinus illa contraria et falsa signa abiciantur. Tandem antixpus occidet eos in ierusalem et iacebunt corpora eorum in plateis tribus diebus et noctibus et dimidio quia nullus audebit corpora eorum sepelire propter metum antixpi ut quicumque viderint timeant eis conformari. Post tres autem dies et dimidium resurgent et in celum in nube ascendent. Antixpus xxx diebus regnabit post mortem illorum. Regnabit autem tribus annis et dimidio et post dominus potestate sua occidet eum siue per se siue per michahelem archangelum

Occidetur autem in monte oliueti in papilione et in solio suo in loco illo unde dominus ascendit scilicet in prefati montis uertice qui dicitur excelsus quia ex eo saluator ascendit ad patrem ibi namque peribit ubi dominus ascendit Quo interfecto non statim ueniet dominus ad iudicium sed concedentur xlv dies ad refrigerium sanctorum et ad penitentiam subuersorum Quantum autem sit spatium inter illos xlv dies et finem mundi nemo scit Iudei tunc ad predicationem enoch et helie conuertentur ad fidem et sancta ecclesia usque in finem mundi pacifica quiescet quia ex tunc fraudulentia et seuitia dyaboli penitus deficiet ¶ Circa conflagrationem mundi sciendum est quod ignis per maiorem aduentum iudicis preueniet et faciem eius precedet quia uirtute diuina non solum ignis qui est in spera sua sed etiam omnes ignes et qui in terra et qui supra terram sunt ad mundi conflagrationem concurrent Per istum ignem qui simul fiet purgatio iustorum et punitio malorum renouatio corporum et consumpcio terre nascentium Habebit enim iste ignis officium quadruplex ignium uidelicet ignis infernalis ad reproborum punitionem ignis purgatorii ad bonorum a uenialibus purgationem ignis terrestris ad uegetabilium et sensibilium consumptionem et corporum mineratorum et ignis elementaris ad elementorum subtiliationem et innouationis eorum dispositionem Per hunc ergo ignem ita facies terre exuretur quod figura huius mundi peribit sicut et olim per diluuium fertur fuisse Et merito primum dei iudicium fuit in aqua contra ardorem luxurie que tunc uiguit Vltimum uero iudicium erit in igne contra teporem caritatis que tunc senescente iam mundo refrigescet ¶ Quo facto statim erit resurrectio corporum cum aduentu iudicis ad iudicium et tunc inflammabitur totus mundus per circuitum Quia enim homo meruit et demeruit in anima simul et corpore

punietur uel premiabitur in utroque et ideo in eisdem oportet eum resurgere Resurgunt autem omnes tam boni quam mali nulla existente differentia quantum ad ordinem temporis sed quantum ad ordinem dignitatis Nam mali surgunt deformes et passibiles In-mo tam ignominiosum erit corpus peccatoris quod anima resumens ipsum stupebit quando illud uidebit et ipsum uidere abhorrebit et uellet potius habere tale corpus quale erat quando diu[tius] comestum fuit a uermibus In bonis autem nulla seruabitur et uicia detrahentur et erit corpus septies clarius quam sol sit modo Quanto fuerint crimina malorum abhominabiliora tanto erunt corpora eorum deformiora Et quanto fuerint merita iustorum pluria et maiora tanto erunt corpora eorum pulchriora et clariora Corpus minimi pueri septuplicatur clarius sole erit Qui alius fuit in decuplo eo sanctior illius corpus in decuplo erit illo clarius Et similiter intellige de centies et milesies Et sicut xpc infinities est omnibus sanctis sanctior ita est infinities corpus eius omnibus sanctis clarius ¶ Omnes autem tam boni quam mali resurgent incorrupti et integri corpore uidelicet sine aliqua membrorum diminutione in debita statura secundum mensuram etatis plenitudinis xpi sed boni tamen in gloriam inmortalitatis inmutabuntur Vnde augustinus Quod si xpc in ea mensura corporis in qua mortuus est resurrexit nefas est dicere cum ueniet omne tempus uenire accessuram corpori eius eam magnitudinem quam non habuit ut longissimis fieri posset equalis Si autem dixerimus ad dominici corporis modum eciam minorum maiorum quoque corpora redigenda peribit de multorum corporibus per plurimum cum ipse nec capillum periturum esse promiserit Restat ergo ut quisque recipiat suam mensuram

no quam uel habuit i iuuentute si senex e
mortuus uel fuiat habiturus si est ante
defunctus Et ideo non est dictu ab aplo
i mensuram stature s in mensura etatis
plenitudinis xpi quia resurget corpora
mortuorum i iuuenili etate et robore ad qua
xpm peruenisse cognouimus dicit aug. Re-
surrectio g tria corriget in natura scilz
defectum sicut in pueris et mutilatis se-
ue in diminuta natura membrorum super-
fluum scz unguium crinium et huiusmodi er-
rorem sicut est in monstruositate mebrorum
¶ Resurgent q corpora eorum in eo cad
que prius ex eodem puluere in que redacta
fuerant ita q in quascumq partes uel sinus
puluis ille fuit dispersus ad eandem ciam
redeat que ipm primitus ut uiueret et cres-
ceret ciauit Nec solum resurget corpora
quantu ad membra principalia s etiam sal-
uis capillis et ceteris membris ad decorem
facientibus Resurgent eni homines quantum
ad esse et quantum ad integru esse et quantu
ad decorum esse Et hoc in momento i breuis-
simo et angustissimo temporis spatio i ictu
oculi i q cito radius oculi transuolat me
et transit ad remota i nouissima tuba
i per uocem magna et manifestam p
quam non est aliud et tuba clamor ille
intelligit de quo in ewan dicit media
nocte clamor factus est ecce sponsus ue
nite obuiam ei Non eni tunc ueniet cu
speratur s media nocte i occulte ualde
et insperate Tube noie aliquod euidens
et preclarum signu accipitur q inicu diui
no dabitur quod archangeli uox et tu-
ba dei alibi et uox filii dei i ewan dicit
Et bn dicit tuba dei quia q ad bellu
otra i inimicos ueniet et efficacia dabit
ei q per illam mortui resurgent uox
q tube sedm quosdam est imperiu xpi
resurgere impantis Sedm alios uox

est manifesta xpi apparicio ¶ Post re-
surrectionem uero statim erit iudiciu erit at
in ualle iosaphat que sita est ad oriete
int ierlm et monte oliueti quia ierlm et
terra adiacens est locus medius oim om
nationibus ac famosissimus et publicus ppt
opa nre redemptionis Iosaphat aut int
pretatur iudiciu domini Ad iudiciu ergo
domini ogregabunt omnes impii ut dap-
nentur iusti uero non descendent i ualle
iudicii ut dampnentur s in nubibus ob-
uiam xpo eleuabuntur xpc eni no desce-
det in terram ad iudiciu s in aere sedebit
contra locum montis oliueti ex quo as-
cendit stipatus agminibus et uirtutibus
celorum ¶ Et erit iudiciu illud horribi-
le ex omni parte Desup erit iudex iratus.
subtus patens infernus intus osciä remor-
dens extra mundus ardens a dextris pcta
accusantia a sinistris infinita demonia
terrencia circa boni angeli in infernum
pellentes et mali ad ipm trahentes Ibi e-
tia erunt omnes sancti sentenciam iudicis iu-
dicis approbantes et omnes mali cu bonis
pcta dampnatorum ognoscentes Et tunc xps
blandus iustis et terribilis apparebit in-
iustis ideo quidem iratus reprobis uide-
bitur ut dicant montibus et petris cadite
sup nos et abscondite nos a facie sedentis
supra thronu et ab ira agni Stigmata
q monstrabit et passionis insignia scz
crucem clauos lanceam corona et flagel-
la ¶ Tota quippe trinitas in iudicio futo
iudicabit auctoritatiue et iurisdictione or-
dinaria s xps in quantu homo iudicabit ex
cecutiue et iurisdictione delegata quia iudex
dz esse manifestus omnibus iudicandis.
deus aut pr uel filius sm diuina nam
no uidebit ab omnibus in iudicio quia
tunc oms beati cum in uisione osistat
beatitudo et ideo executio iudicii data

est a patre xpo homini qui potest ab omnibus uideri Unde potestatem dedit ei iudicium facere quia filius hominis est ab omnibus uisibilis bonis et malis Non apparebit in forma dei quia solis mundis corde promittitur uisio forme dei sed in forma serui ut possit ab omnibus uideri iuste iudicaturus in ea forma in qua iniuste iudicatus est unde aug. forma illa erit iudex que stetit sub iudice Illa iudicabit que iudicata est Nam si iudicium non fiet nisi inter solos iustos appareret tamquam iustis forma dei Quia uero iudicium futurum est iustorum et iniquorum non licet ut iniqui uideant deum talis apparebit iudex qualis uideri possit et ab eis quos coronaturus est et ab eis quos dampnaturus est hec aug. ¶ Ordines autem quatuor erunt in iudicio quorum duo erunt electorum et a dextris duo reproborum et a sinistris Ex parte electorum quidam non iudicabuntur sed iudicabunt et saluabuntur ut quorum merita bona sunt impermixta malis sicut perfectorum pauperum xpi qui hic seipsos iudicauerunt qui precepta legis perfectionis uirtute transcendunt et omnia relinquentes nudi nudum xpm secuti sunt quibus uoce dominica dicitur Uos qui reliquistis omnia et secuti estis me cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue sedebitis et uos super sedes xii iudicantes duodecim tribus israhel Dicuntur autem iudicare id est iudicanti assistere quia cum iudice tamquam assessores eminentius sedebunt non quod ipsi sententiam ferant quia hoc solius iudicis est sed quod approbent et confirment Sedebit enim xpus super in eminenciori loco cum sanctis mali uero stabunt subtus in terra quam dilexerunt Quidam uero iudicabuntur et saluabuntur ut quorum merita bona sunt aliquibus malis uenialibus permixta qui uite maculas lacrimis tergunt qui mala precedencia sequentibus factis et in operibus redimentes quod

illicitum aliquando fecerunt ab oculis iudicis bonorum operum superductione cooperiunt quibus iudex ueniens dicit Esuriui et dedistis michi manducare Sitiui et dedistis michi bibere hospes eram et collegistis me nudus et operuistis me infirmus et uisitastis me in carcere et uenistis ad me ¶ Ex parte reproborum quidam iudicabuntur et dampnabuntur ut quorum merita dampnabilia permixta sunt aliquibus bonis sicut illorum qui xpiane fidei sacramenti initiati opera fidei exercere contempnunt et fidem sine operibus habent quibus in clamatore dominica dicitur Esuriui et non dedistis michi manducare sitiui et non dedistis michi potum hospes eram et non collegistis me nudus et non operuistis me infirmus et in carcere et non uisitastis me ¶ Quidam uero non iudicabuntur sed dampnabuntur ut quorum mala merita omnino impermixta sunt bonis ut qui fidem recipere noluerunt et fundamento fidei caruerunt De quibus dominus dicit Qui non credit iam iudicatus est Et de quibus paulus dicit Qui sine lege peccauerunt sine lege peribunt De quibus etiam psalmista ait Non resurgunt impii in iudicio Resurgent quippe etiam omnes infideles sed ad tormentum non ad iudicium Unde petrus cantor Qui non credit non habens scilicet caracterem fidei iam iudicatus est Non enim fiet cum tali discussio et examinacio cum caruit caractere et homonio regis et constet curie talem esse de reprobis nec de familia dei hic sine sententia rapietur in ignem eternum Habens autem caracterem regis et signum quo ab aliis separatus erat citabitur ut homo regius fiet quod discussio et disceptatio cum eo Esuriui et non dedistis michi manducare et cetera tandem quod pro non seruato caractere et homonio regis fiat sententia in eum Unde greg.
Nam et princeps terrenam et rem publicam regens aliter punit ciue interius delinquente

atque alius hostem exercitus rebellantem In illo
enim iura sua consulit contra hostem vero
bellum mouet et de pena eius quid lex
habeat non loquitur. Et gregorius Perfecti
igitur iudicabunt et non iudicabuntur. alii fide-
les sed districti discussione examinati de operibus suis
iudicabuntur quidam ad gloriam quidam ad pe-
nam. Infideles autem iam iudicati sunt. v-
bi non putatur per tractum et moram temporis fie-
ri singulorum examinatio sed simul in ictu
singulorum districte et districta iudicabit.
Tunc enim libri conscienciarum pandentur et
ipse liber aperietur qui dicitur liber vite quo
fiet ut simul omnium omnia secreta omnibus
tanta certitudinis claritate patescant ut
contra testimonium veritatis loquentis in
christo et conscientie cuiusque palam contestantis nul-
la inficiandi defendendi vel excusandi seu
subterfugiendi pateat semita quando recipiet
unusquisque secundum merita sua Unde augustinus Fiet
enim virtute divina ut cuique opera sua vel
bona vel mala cuncta in memoriam revoce-
tur et mentis intuitu mira celeritate cer-
nantur ut accuset vel excuset scientia conscientiam
hec augustinus. Tunc aperta erit separatio sic
mortuorum sic et vite singulorum Dicit autem augustinus
quod tot homines salvabuntur quot demones
ceciderunt Sed gregorius dicit quod tot homines
salvabuntur quot angeli perstiterunt Dix-
erunt etiam quidam quod duo parietes erunt
in celo scilicet unus hominum et alter angelorum
et quod ruina angelorum restaurabitur per
virgines et de alio pariete tot erunt sal-
vandi quot in alio pariete sunt virgines
et angeli Bonum esset et utile de hoc iu-
dicio frequenter cogitare ut cogitacio tante
angustie nobis timorem incuteret et timor
incussus a nobis peccatum perpetratum expelle-
ret et nos a perpetrando arceret. Ut ieronimus
dicentis Sive comedam sive bibam sive
aliquid aliud faciam semper videtur in auribus
meis sonare illa vox terribilis Surgite

et
te mortui venite ad iudicium Unde et gregorius
Si quid est presentis temporis leticia ita agen-
da est ut numquam amaritudo sequentis iudi-
cii recedat a memoria Unde etiam augustinus
In matutino id est in contemplatione extremi iu-
dicii quod nocti presentis vite tamquam lux ma-
tutina succedit interficite omnes peccatores
terre id est delicta atque peccata conversacionis ter-
rene ut disperdas de civitate domini quam
intus illi edificare debes omnes operationes
iniquitatis id est dyabolicas suggestiones
odibiles deo delectationes mortiferos consensus
et opera perversa ab omnibus hiis tamquam
civitas dei debes emundari ut placita
in te mansionem sibi creator inveniat
obtineat possideat hec augustinus Hec igitur omni-
a pensantes evigilemus totis viribus
et voluntati dei obtemperantes emendam
queramus Beneficia quoque dei circa nos cogitan-
tes assidue peccata studeamus pro posse vita-
re ut iudicio illi terribili mereamur securi
assistere ad quod hortatur nos beatus augustinus
dicens Melius est hic parvam amaritu-
dinem sustinere et postea ad eternam dulce-
dinem pervenire quam hic habere falsum gaudium
et illic suscipere sine fine supplicium Et ite-
rum Certum est fratres karissimi quod si sem-
per beneficia dei nostri que nobis nullis
precedentibus meritis nostris collata sunt as-
sidue cogitamus peccata nobis aut non dominantur
aut si forte subrepserint cito per penitentiam
corriguntur Nullus enim vel mente capere
non dico verbis possit exponere quanta circa
nos sunt beneficia dei nostri Fecit enim nos cum
non essemus reparavit nos postea cum pe-
riissemus Mortem suscepit precioso nos sangui-
ne lavit ad inferna descendit de fauci-
bus nos eterne mortis eripuit celorum
etiam nobis premia promisit Hec omnia fratres
dilectissimi pio et benigno animo cogitantes
quantum possumus cum ipsius adiutorio bene-
ficiis suis vicem rependere festinemus Ho

reddamus mala pro bonis sed quantum possumus
voluntati illius obtemperare fideliter stude-
amus totis viribus intendentes ut precepta ipsius
magis nobis pariant de sequacitate remune-
racionem quam de transgressione iudicium Nam quid
faciemus karissimi in illo metuendo iudicii
die cum tremente mundo dominus parentibus
angelorum buccinis in illo maiestatis sue thro-
no circumdatus celestis milicie luce consederit
ibique de terre gremio et antiquo pulvere susci-
tato humano genere astante testimonio consci-
encie singulorum positis in conspectu peccatorum penis
iustorum que premiis racionem ante cepit postulare
et plus iam iustus quam misericors severitate
iudicis contempte misericordie reos cepit arguere
et dicere Ego te o homo de limo manibus
meis feci ego terrenis artubus infudi spiritum
ego tibi imaginis mee similitudinem con-
ferre dignatus sum ego te inter paradisi de-
licias collocavi Tu vitalium mandata con-
temptus deceptorem sequi quam dominum malu-
isti Cum expulsus de paradiso iure peccati
mortis vinculis tenereris virginale uterum
sine dispendio virginitatis pariendus in-
travi in presepio expositus et pannis obvo-
lutus iacui infancie contumelias humanosque
dolores quibus tibi similis fierem ad hoc sus-
tinui ut te michi similem facerem pertuli irridencium
palmas et sputa suscepi acetum cum felle
bibi flagellis cesus vepribus coronatus
affixus cruci perfossus vulnere ut tu eri-
peris morti animam in tormentis dimisi En
clavorum vestigia quibus affixus pependi
en perfossum vulneribus latus Suscepi do-
lores tuos ut tibi gloriam meam darem Susce-
pi mortem tuam ut eternaliter vivas Condi-
tus sum in sepulchro ut tu resurgeres in celo.
Cur quod pro te pertuli perdidisti non tibi
ego de morte mea queror Redde michi vi-
tam tuam quam vulneribus peccatorum indesine-
nter occidis Cur habitaculum quod michi

in te sacramento luxurie sordibus polluisti
Cur corpus iam meum illecebrarum contagiis
me maculasti Cur me graviore criminum
tuorum cruce quam illa in qua quondam pepen-
deram afflixisti Gravior enim apud me pec-
catorum tuorum crux est in qua invitus pendeo
quam illa in qua tui misertus mortem tuam
occisurus ascendi Cum essem impassibilis
pro te pati dignatus sum Sed tu despexis-
ti in homine deum in infirmo salutem in via re-
ditum in iudice veniam in cruce vitam
in suppliciis medicinam Et quia post om-
nia mala tua ad medicamentum penitencie confugere
noluisti ab auditu malo non mereberis
liberari hec augustinus ¶ Terminato iudicio
tota caliditas illius ignis premaxime de quo
dictum est exequetur iudicis sentenciam involvet enim
peccatores et trahet in infernum Et ita pa-
tet quod ille ignis adventum iudicis et precedet
et comitabitur et sequetur unde gregorius Ille eci-
am ignis qui celum aereum et terram cre-
mabit peccatores procul dubio constringet in pe-
na sue dampnacionis Ipse enim redemptor meus
in suo tunc terrore videbitur eciam ignis iu-
dicii in reproborum vindicta famulabitur
Et item Extremi iudicii die eterno tunc iu-
dice terribiliter apparente astantibus legi-
onibus angelorum assistente tocius celestium
ministerio potestatum atque omnibus electis
ad hoc spectaculum adductis antiquus
hostis dyabolus belua videlicet crudelis
et fortis in medium captivus deducetur
et cum suo corpore id est cum reprobis omnibus
eternis gehenne incendiis mancipabitur
cum a domino dicetur Discedite a me maledicti
in ignem eternum qui paratus est dyabolo
et angelis eius O quale erit illud spec-
taculum cum hec immanissima belua electorum
oculis ostendetur que hoc belli tempore nimis
eos terrere poterat si videretur Sed occulto
ac miro dei consilio agitur ut et nunc per

eius cōtiaz a pugnātibus nō uisa om-
nitur et tunc ā letis victoribus iam
captiua uideatur. Tunc autē iusti diuino
adiutorio cōtrum debitores sunt plenius
recognoscunt quando qui tam fortem be-
luaz uiderunt qua nunc infirmi vicerunt
et in hostis sui conspectum in manicate qua-
tum debeant defensoris sui gratie. hec
grego. Vnde et aug. Post iudiciū pro(i)et
hinc ducet cum secum corpus cui caput
est et offert regnū i· redemptos sangui-
ne suo deo patri. Tunc plane uidebit
forma illa dei que non potuit uideri
ab iniquis quorum uisioni forma seruit ex-
hibenda erat. Vnde etiam aug. Sublatis
autē impiis ne uideant gloriaz dei de iu-
stis singulis secundum gradum suū et meri-
tum angelicis ordinibus insertis fiet
illa gloriosa processio xpo precedente capi-
te nostro omnibus cum suis membris sequentibus
et tradetur regnū deo patri ut ipse regnet
in eis et ipsi in eo· regnū illud percipietis
quod paratū est illis ab origine mundi.
Post predicta statim erit mundi inno-
uacio que non complebitur quamdiu peccator
est in mundo i· quousque detrudatur in infer-
num. Sic enim ignis ille proximus elemen-
ta purgabit cum habeat virtutē forme
extrinsice expulsiuaz sic mundum innouabit
cum habeat uirtutem subtiliatiuā. Vnde
differencia est inter purgacionem et innouacionem
quia purgacio erit penaliū qualitatū
detractio et elementorum ab impuritate
que ex commixtione habent ad puritate mu-
tatio sed innouacio est pulchrioris forme
inductio. Sic autē purgabuntur elementa
quia perdetur ab igne vis combustibilis· ab a-
ere obscuritas· ab aqua glacialis frigi-
ditas a terra ponderositas et opacitas
quia de omnibus elementis quod igno-
bile est· tendet deorsum· et ad locum
penarū scilicet ad cloacā infernalem cum
omnibus reru(m) immundiciis confluet et ibi
horrorem ceteris multiplicabit. Rerum quoque
mutabilitas scilicet frigus estus grandines ful-
gura tonitrua et alie incomoditates penitus
interibunt. elementa vero purgata perma-
nebunt. Innouabuntur etiaz quia terra tota erit
sicut paradisus et planabitur· et aer erit clari-
or nec habebit impressiones quas habet modo
perspicuū quoque in aqua et lux in igne ma-
nebunt et fient ignis et aqua puriores.
Orbes uero celestes propter incorrupcionem
nullam impuritatem habentes nulla indi-
gebunt purgacione sicut elementa sed tan-
tum cessacione motus et ideo innouabuntur
sed non purgabuntur. Innouacio uero eorum est
a statu ueteri in statum nouū commutatio
et requiet in illis duo scilicet motus cessacio·
et claritatis splendore ampliore quia sol
stabit in oriente et luna in occidente ubi
creati sunt et ibi sine fine manebunt. Mu-
tacio est ista. Nam corpora superiora facta
sunt ad usum hominis dupliciter. Vno modo propter
necessitatem corporis scilicet statum generacionis
et corrupcionis et ideo cessante illo statu
cessat et motus. Motus enim celi et trans-
mutacio in elementis ordinata sunt ad con-
plendum numerum electorum et ideo ipso numero
completo in iudicio cessabunt· sicut ea que
sunt ad finem habito fine cessant. Cessante
autē motu celi cessabit et tempus quod sequi-
tur motum celi· quia secundum apoc.· tempus
non erit amplius et ex hoc patet quod dies re-
surrectionis generalis erit dies nouissimus. Vnde
Job dicit. Et in nouissimo die de terra surrec-
turus sum. Alio modo sunt facta propter delec-
tacionem et pulchritudinem creature et propter cogni-
tionem dei in illis et ideo lux eorum nō cessabit
sed augebitur. Denique celum sol luna et
stelle que nunc festinant cursu irretarda-
bili quasi cupientes in meliorē statū mutari

tunc fixa i mobilit' manent et quieta et
mirabili glorificacione immutata Nam ce=
lum gloriam solis induet · sol luna et stelle
vestient' ineffabili splendore Unde barmo
Tunc etiam complebit' id quod per ysaiam
predictum est lux lune sicut lux solis et lux so=
lis septeplicabit' sicut lux septem dierum
Hoc enim post illum extremum iudicii diem
erit cum scilicet celum novum ac terra nova
fuit Omnia namque que per spacium sex die=
rum creatis est deus propter hominem facta
sunt et in eius lapsu omnia elementa de=
trimentum sustinuerunt Nam ante terra spinas
et tribulos non proferebat nec aer iste tante
crassitudinis ut nunc sed purior erat Sic eci=
am sol et luna et sidera sui luminis sustinu=
erunt detrimenta In die vero iudicii termi=
nato illo examine cum fuerit omnis reprobi
una cum dyabolo reclusi in inferni sustollit
se dominus ihesus xpistus cum corpore suo quod omnes
electi sunt in celum Et tunc sibi luna sple=
dore solis mutabit · sol vero septeplicatus
quam modo lucebit recipiet quod splendorem
que homine peccante amisit hec barmo
Patet ergo quod celum et terra transibunt quantum
ad formam sed non quantum ad substanciam hec
augustinus Elementa i. celum et terram non credas
abolenda sed in melius commutanda · figura
mundi i. ymagine non substancia peritu=
ram Unde et gregorius Celum et terra per eam
quam nunc habent ymaginem transeunt
sed tamen per essenciam sine fine subsistunt Ce=
lum igitur et terra et transit et erit · quoniam
ab ea quam nunc habet specie per igne tergitur
et tamen in sua semper natura servatur Unde per psalmistam
dicitur Mutabis ea et mutabuntur hec gregorius
Mundus autem innovari i. pulchriore natura debe=
bere ostenditur triplici racione Primo quod sicut
digni fuit quod elementa purgarent pro eo
quod infecta erant propter peccatum hominis ita dignum
est ut mundus innovetur propter glorificacionem hominis
et hominis beatorum ut homine glorificato aucta
etiam creatura innovetur cum eo Secundo ut
creature remunerentur pro labore quo homini servi=
erunt Tercio ut totus mundus per hoc spe=
cialem deum agnoscat Unde oportet in futuro
speciem purgari et meliorari quia in pulchri=
tudine creaturarum amplius resultat species
creatoris Hoc autem non est ad necessitatem
ut deus per creaturas videatur sicut nunc sed
ad iocunditate ut videlicet iocunditati visi=
onis intellectualis addatur delectacio visionis
sensibilis Ordo

Oratio

Ihesu benignissime qui per immensam boni=
tatis tue paciam ad emendacionem me exper=
tas · Da michi misero ut in presenti me discu=
tere et diiudicare ac omnia que tibi dis=
plicent vitare et que tibi placent implere
valeat sicque tibi placitus et gratus fiam
quatenus in futuro iudicio cum electis tuis a
dextris positus te propicium et placatum invenia
eius pacti eis regnum percipiam tua desi=
derabili ad quam suspiro perhenniter frui=
turus presencia · ihesu clemens meum desiderium
premium et vita amen

De pena inferni et gloria celesti capitulum lxxxvii

Finale vero iudicium sequitur pena
inferni et gloria celi De pena
infernali est sciendum quod cum in
dampnatis sit diversitas pecca=
torum erit et diversitas penarum Cum enim
in peccato sit aversio a creatore et conversio
ad creaturam scilicet ad bonum commutabile spre=
to bono incommutabili scilicet deo et deordinacio
voluntatis contra institutum racionis me=
rito pena variabitur propter ista Unde propter
aversionem erit carencia visionis dei sed propter
conversionem erit pena materialis ignis vel tene=
brarum propter inordinacionem autem racionis et vo=
luntatis erit pena vermis que consistit
in afflictione varia acerba et eterna ·
Ibi enim erit calor ignis · rigor frigoris · te=